



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte  
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricus,  
Austrasius**

**Serarius, Nikolaus**

**Mogvntiæ**

Cap. L. Ilmestadij ad eius reliquias curata febris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37252**

*Ilmestadij ad eius reliquias curata febris.*

Denique cum id ipsum agrè permissum fuisset, atque ipso die transitus eius, memorabiles reliquiae cum magni frequentia concursus, de minori ad maiorem transferrentur Ecclesiam, hoc quod eiusdem cenobij fratres diuiniùs accidisse mihi fideliter attestati sunt, ad CHRISTI gloriam reticere non debeo. Matrona enim quaedam amplæ satis familiarum *Mathia* nomine, quæ eatenus febribus vrebatur, nec ab aliquo curari poterat, per eius medici omnipotentiam, qui per suæ humanitatis præsentiam socerum *Simonis* à febribus liberavit, ad *Godefridi* reliquias repente sanata est. Vnde ipsa quæ non ingrata deinceps ad sacram eius tûbam præ ceteris attentius excubabat, & sanctas reliquias indefessis

ora.

*Mat. 8.  
in choro  
Ilmsta-  
diensis  
monaste-  
rij, ante  
summum  
altare,  
tumba  
hac est.*



80 GODEFRIDI COMITIS  
orationum suarum frequētabat mu-  
neribus.

CAP. LI.

*Cappenbergensis cœnobij, ad B. Gode-  
fridi reliquiarum aduentum,  
exultatio.*

Post hæc, pridie Idus Februarij,  
portio reliquiarū, quæ nobis ob-  
uenerat, à fratribus nostris, cum sum-  
mę deuotionis alacritate suscepta est,  
ita vt in die illo, nouo quodam & mi-  
rabili gratulationis tripudio fratrum  
nostrorum perfusa vniuersitas sit, &  
quodammodo nobis illuxerit *Iubi-*  
*leus*, qui est annus iubilationis ple-  
nus. Nam sicut legimus,

N<sup>o</sup>. 36.  
Deu. 15.

*Iubileus adest (annus remissionis)*

*proprij distractio ruris,*

*Antiquo donatur hero: seruire coactos*

*Libertas amissa petit, mala debita laxat*

*Creditor, & limen patriæ vetus aspicit*  
*exul:*

Ita nimirum & nostra societas in hu-  
ius